HIERONYMUS
Saint-Amand, Wende 8./9. Jh.
Seite 175
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38295
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

eiusdem regis scribtura dicente. In principio regis ioachim filii iosiae regis iuda
factum. e. uerbum istud a dño; non igitur ut superiam diximus in prophetis historiae
ordo texendus fuit. Cum in praesentiarum sub eodem rege priora posteris. & poste
riora antecedant; qui autem uerbum dicturus est dni debet stare cum moyse.
& audire cum psalmista. Quis stat in domo dni nisi in atrio domus dni nri. & prae
cipitur illi ut loquatur ad omnes ciuitates iuda. Licet ciuitates LXX. non tran
tulerint. ne indecorum esse uideatur in atrio domus dni loqui ad urbes quae
conuenire non possunt. sed quando ad populos & ad ciues loquitur. ipsis ciuitatib:
loquitur. Dulchrae autem stat in atrio ad q: uestibulo templi dni. ut per occasi
onem oratoris dni. & ad audiendum sermones prophetae audire cogantur.
Nolim quid subtrahere uerbum licet christe sit. Licet aduersum te audientium
rebies concertetur. Tu mendicito quod tibi in praeceptum est. non formidans
persecutiones eorum qui aduersum te concertandi sunt. sed dni iubentis im
perio. forsitan inquit audiant & conuertantur; uerbum. Ambiguum forsitan
maiestati dni non potest conuenire. sed nro loquitur affectu ut liberum hominis
seruet arbitrium. ne ex praescientia eius quasi necessitate uel facere quid uel
non facere cogatur. Non enim ex eo quod dis scit futurum aliquid idcirco
futurum est. sed quia futurum est dis nouit quasi prescius futurorum. & ta
men sciendum ut ita hunc eundem hieremiam. & si malum praedixerit dns &
egerit populus penitentiam. quod & ipse facturus sit paenitentiam superius
quae facere comminatus. e. & si prosperitatem pollicitus fuerit & egerit populus
neglegentes. & mutet ds sententiam. & pro bonis malum inferat; tale quid & illud
in euangelio. e. mittam filium meum forsitan uerebuntur eum: quod utique
ex persona dei omnipotentis dicitur; denique: & in praesentia ait. si forte audiant
& conuertantur unusquisque: a uia sua mala. Ut cum illi conuersi fuerint & mea
sententiae pendeat. & non faciam quod eis cogito. Cogito autem facere
propter malitias studiorum illorum. quae si fuerint immutatae & mea sententia
con mutabitur; Lege & ninus historiam ionae. & ninuae. & dicis ad eos:
Haec dicit dns. si non audieritis me ut ambuletis in lege mea quam dedi uobis.
ut audiatis sermones seruorum meorum prophetarum quos ego misi ad uos.
de nocte consurgens & dirigens & non audistis. dabo domum istam sicut silo